



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Dispvtatio De Statv In Qvo Sint Beatorvm Animae Post  
Hanc uitam, ante ultimi iudicij diem**

**Dévay Biró, Mátyás  
[Nürnberg], [1537]**

**VD16 D 1300**

Condem. Censvrae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34195**

## CONDÉM. CENSVR AE.

**Q**uod soli fidei tribuatur iustificatio, audiuiimus superius. Item, quod dupliciter debemus iustificari, fide coram Deo, operibus coram hominibꝫ. Homines cum uident nostra bona opera, iustificant nos, pronunciant, declarant nos esse iustos, arborem ex fructibus iudicantes. Ex uerbis ergo uel iustificamur uel damnamur hominū iudicio. Matt. *math. 12.*  
12. Et Rom. 2. Non auditores uerbi, sed factores iusti sunt. *Roma. 2.*  
Ignorat Frater quid sit facere legē, cum operibus lex non fiat, nec impleat, nisi fide in Christum. Et Iacobus operibus tribuit iustificationem, quia ex operibus fides consumatur, non Dei, sed hominum iudicio. Hæc plana sunt, & obuia sanctis. Nugatur Frater hic etiam de absoluta & ordinata Dei potentia, & dicit Deum alia quoqꝫ ratione nos saluare posse, quam fide, cum tamen Paulus diserte dicat: Impossibile est sine fide placere Deo. Item sine operum ratione nec Deum saluare posse contendit. Contendit qꝫ sine fide (quæ est fiducia misericordiæ Dei) possit saluare, sed sine operum ratione posse saluare negat. Et cum sacramenta iustificant neminem, sed fides sacramenti, omnes ab æterno pueri perierunt, si Fratri credimus, quia ratione operum caruerunt. Est ne frons hæc quæ erubescere nescit? Hæccine reddis domino Deo tuo Monache? Fidei tribuitur iustificatio, & quem soli, nisi enim credideritis non permanebitis. Nec uult alia nos ratione saluare, nisi fide. Crede in dominum Iesum Christū, & saluus eris, tu & domus tua, Acto. 16. Hic addit. *Acto. 16.*  
Monachus: Tribuitur iustificatio fidei, non quia in iustificatione dignior sit, cum charitas sit excellentior. Sed quia prima est ordine, initium & fundamentum ad iustificationem.

Respondeo: Fides est initium, progressus, & finis iustificationis nostræ. Est enim iustificari, pro iusto, ac pio

*Fides est initium, progressus, & finis iustificationis nostræ.*  
o 2 haberi

haberi. At qui fide sumus iusti. Rom. 5. Ex fide iustificati pa-  
cem habemus ad Deum, non ex charitate, uel conditione  
nostræ dignitatis. Fruiola sunt, quæ Frater tam inconsul-  
te, non salutato ore domini balbutit.

## PROPOISTIO XXXI.

**P**riuatuæ particulæ in Paulo, ut gratis, non ex operis  
bus &c. non opera fidei, non sacramenta, non audis-  
cum uerbi, sed meritorum fiduciam excludunt.

## CENSURA.

**N**Vllus terminus Agiographorum opinionem merito-  
rum excludit, sed falsigraphorum.

## CONDEM. CENSURÆ.

**D**e sola Dei erga nos misericordia præsumendum est,  
nam Paulus omnem suam iusticiam ex lege pro reie-  
ctamentis & rudere dicit, & credo Fratrem admittere Pau-  
lum fuisse agiographum. Hieronymus ad Rom. Nemo  
suo merito, sed omnes æqualiter iusticia Dei sunt saluati.  
Item contra Pelag. Monachorū patres: Tunc ergo iusti su-  
mus, quādo peccatores nos esse fatemur. Et iusticia nostra  
non ex proprio merito, sed ex Dei consistit misericordia.  
Audis gratis, race de meritis. Augustinus Hypog. 6. Parti-  
culæ ergo conditionem dignitatis nostræ, seu meritorum  
nostrorum excludunt, & transferunt beneficium redemptio-  
nis nostræ in Christum, siccqz a causa excludimus opera non  
ab effectu aut sequela, sed nos propria merita, præsumptio-  
nem seu fiduciam operum, & opinionem meritorum solis  
iustis